

DIE XIX. JULII.

S. VINCENTII A PAULO CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, ad evangelizandum pauperibus, et ecclesiastici ordinis decorem promovendum, beatum Vincen-
tium apostolica virtute roborasti : præsta, quæsumus, ut
cujus pia merita veneramur & virtutum quoque instruamur
exemplis : Per.

DIE XX. JULII.

S. MARGARITÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

SIMPLEX.

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta Marga-
rita Virgo et Martyr implóret : quæ tibi grata semper
existit & et merito castitatis, et tuæ professione virtutis : Per.

DIE XXI. JULII.

S. HIERONYMI ÆMILIANI CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS misericordiârum Pater : per merita et intercessi-
onem beati Hierónymi, quem orphanis adiutorem et
patrem esse voluisti & concède ut spíritum adoptionis, quo
filii tui nominamur et sumus, fidéliter custodiâmus : Per.

In j. Vesperis Memoria S. Praxedis Virginis.

Oratio.

EXAUDI nos, Deus salutâris noster : ut, sicut de beatæ
Praxedis Virginitis tuæ festivitâte gaudemus & ita piæ
devotiõnis erudiâmur afféctu : Per.

DIE XXII. JULII.

S. MARIE MAGDALENÆ.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Ps.
Ant.
j. toni.

RECUMBENTE Je- su in domo Pharisæ-i